palam libere, publiceque Recognovit. Quia ipsa Ingenuum Stanislaum Bienkowski sui Recognoscentis 1561
cum praefato Marito suo procreatum Filium Admodum
Reverendo Andreae Cizowski Collegii Premysliensis
Societatis JESU Rectori, et ipsius successoribus, totique
Collegio eidem nunc et pro tempore existenti, pro Obse-
quijs Ecclesiasticis, Scilicet Cantu, ac alijs musicis arti-
bus, ad quaecunque aptus et idoneus fuerit circiter
ad Annos Octo, et hucusque donec post eruditiones
et instructiones ipsius alius in locum eius per ipsum non
substituetur cum facultate plenaria eiusdem Filij sui
in Varijs artibus, Scilicet vero musicis et Cantu instituen-
di aliisque munijs, et officijs ad Obsequia Ec-
clesiastica pertinentibus instituendi, Dat, et Conce-
dit, Hac sua praesenti personali Recognitione ad prae-
missa mediante.

## Feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Dni Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Secundo. 2/VI.

## Gnosi Drohobiowski per honesti Turecka Quietatio 1176

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitane-
alibus Premysliensibus personaliter Comparens honesta
Catharina Turecka honesti Joannis Turecki Consors legi-
tima cum eiusdem Mariti sui Turnis Coniugalis [illegible]

1562
10

nali Assistentia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sana Mente et Corpore existens, foro suo quovis Competenti omisso, et iurisdictione propria posthabita prae: senti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdi: ctioni quo ad Actum hunc attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter Omnibus totaliter et plenarie Incorporando, atque Subijciendo palam, libere publi: ce ac per expressum Recognovit. Quia ipsa Generosum Stephanum a Drohoiow Drohoiowski, et ipsius Suc: cessores, de Causa et Actione Officiaria per se Recogno: scentem eidem Suprascripto Generoso Stephano Droho: iowski Ratione Summa Sexaginta florenorum polonicalium per Generosam Gonizelia pro Victualibus et Utensilibus Contracta per eundem vero Suprascriptum Generosum Ste: phanum Drohoiowski ad Solvendum Coassumpta, non Solutionis ad Officium praesens Castrense Capitaneale Pre: mysliense institutae et intentatae necnon de poena Ba: nitionis perpetuae eadem in Causa obtenta et publicata cum eius publicatione obtentam sibi Recognoscenti in praemissis Satisfactionem Quietat, Emittit, et liberum pronunciat. Causam eandem et Actionem Officiariam tum et poenam Banitionis perpetuae cum eius publi: catione in toto, et per omnia tollit, Cassat, et Mortificat atque Annichilat praesentibus, Sibi Suisque posteris Ra: tione praemissorum perpetuum imponendo Silentium Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Feria Sexta post Domini: cam Exaudi proxima An no